



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Eucharisticon ... Ad Theodorum Casparum Liberum Baronem de
Furstenberg, Fratrem, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

E U C H A R I S T I C O N

*Ob Christianissimi Galliarum & Navarra Regis, Regina & Delphini
pietas imagines dono acceptas. An. M. DC. LXXII.*

AR MORUM radiis & luce coruscus athena,
Sic LODOÏX Regum maximus ora gerit.
Sic gerit ora Deum Regina simillima formæ,
Sic Natus patriæ spes columenque suæ.
Quos ita spirantes virtutis imagine vultus
Artis Apelleæ munere nosse datur,
Ut mihi præsentem videar quasi cernere Divos,
Et colere obsequio colloquioque frui.
Gratia magna tibi, Rex maxime. Nulla triumphos
Sic capiat tellus, æquora nulla tuos,
Ut me nulla tui capient oblivia doni
Quo nil, quod donet, Gallia majus habet.

A D

T H E O D O R U M C A S P A R U M
L I B E R U M B A R O N E M D E F U R S T E N B E R G,
F R A T R E M,

Pictoris & Poëtæ comparatio.

ES T, Venusinus ait, tacitum pictura poëma:
Est pictura loquens ergo Poëma meum.
Pictor amat vultus hominum depingere, vates
Insuper his vocem fingit & ingenium.
Ille rudes animat tabulas, ope lucis & umbræ;
Morte per hunc functis lux redit, umbra fugit.